

TRACTAT. V. PARS I.

62

sunt scientia & scibile, sensus & sensibile. Virtus & opus virtuosum. Nam non est necesse quod sit sensibile in actu sit sensus in actu, stat enim lapidem esse in fundo maris, & tamen a nullo sentiri, & ideo sic intelligendum est. Si virtusque relatum in esse relatio est actu, sicut simul natura actu. Si autem virtusque in esse relatio est in potentia, sicut simul natura in potentia. Hoc de quarta proprietate dicta sunt.

Positis proprietatibus & communitatibus relatiuum assignanda sunt duo corollariorum ad mentem Aristotelis & logicum realium.

Primum est, Relatio posita se ponit, & peremptio uno perimit reliquum, & sic intelligitur, si ponitur unum ponitur reliquum, & corrupto uno, corruptum reliquum. & hoc corollarium pendet a quarta proprietate. Nam bene sequitur, relatio sicut simul natura, ergo simul incipit & definit, eam, sicut simul natura quorum est unus ortus & occasus, ergo posita se ponit, & peremptio uno perimit reliquum.

Sed adiutorio quod duæ conditiones requiruntur. Primum quod confidetur in esse relatio, & non quod ad fundamenta, scilicet inquantu[m] res absoluta sunt. Nam licet non ponatur filius ut filius nisi ponatur pater, ut pater, neque definit esse filius, ut filius nisi definit esse pater ut pater, tamen filius, ut homo potius corruptio pater, ut homo est & econuerso. Vnde soleret dici quod hoc corollarium verificatur de relationis formaliter acceptis, & non materialiter sive fundamentaliter coconsideratis. Secundum quod sumatur correlatum totaliter, & non solum partialiter. Quod dico, quoniam correlatum patris est filius. Vnde posito quod vnuus pater habet decem filios, & moriantur aliqui, proper hoc non definit esse pater nisi partialiter, sive respectu filiorum defunctorum. Ad hoc autem quod omnino definat esse pater, oportet quod omnes filii deficient, quoniam omnes simul sumpti sunt totale correlatum patris. Sed ad plenum tibi manifestabitur in. Metaphysica sequendo viae Thomisticam.

Secundum est, si quis definit, id est determinat, & resolutè nouerit unum relatiuum, nollet & reliquum.

Vnde si quis determinaret nouit quid sit dupli, nollet determinare unius si dupli, quia dimidiū, & ratio huius est, quod vnu diffinitor per reliquum, & econuerso, ita quod in diffinitione dupli ponitur dimidium & econuerso, & in diffinitione dominii ponitur seruus & econuerso. Vnde in eodem instanti fertur inellec[tu]ns relatiuum, & suum correlatum. Cum igitur diffinitor faciat determinate scire diffinitorum, & relationis mutuo diffiniuntur, ergo mutuo cognoscitur.

Sed dices, si mutuo diffiniuntur, ergo est circulus in diffinitionibus, qui reprobatur in primo Posteriorum.

Respondeatur, Prohibetur circulus in absolutis, quia non sunt de mutuo intellectu, licet enim animal sit de intellectu hominis, non tamen conuersus. Quoniam autem relatiua sunt de mutuo intellectu, ideo non inconuenient circulus in eorum diffinitionibus.

Hoc de predicamento relationis dicta sunt ad mentem Philosophi & logici realis.

Nominales vero de hoc predicamento citò se expedit. Nam diffinitor illud eodem modo, sicut & reliqua predicationa, & assignant genus generalissimum, & genera subalterna, & species specialissimas.

Diffiniunt autem sic, Pradicamentum ad aliquid est ordinatio plurium terminorum, sive viuorum & de pluribus pradicabilium, sive sub & supra & significatum relationem. Terminus autem significantes relationem, sunt illi per quos conuenienter responderet ad interrogationem factam de aliquo ad quid est. Nam sicut in predicamento substantiae interrogatio fit per quid, & in predicamento quantitatis per quantum & in predicamento qualitatis per quale, sic in predicamento relationis fit interrogatio per ad quid. Ut quando queritur, Ad quid referetur vel dicatur pater, respondet ad filium, & dominus ad seruam, &c.

Hanc autem huius predicamenti seriem sic disponunt, genus generalissimum est relatio supple realis, ut excludamus relationem rōnis, quae cum sit ens rationis in nullo est predicamento, ut identitas, quae Sortes est idem sibi, Sed de hoc agendum est in lib. 5. Metaphysica. Est autem realis & pradicamentalis relatio, que tres conditiones habet. Primum quod extrema sunt entia realia, cuius defectu relatio praedicari ad subiectum speciei ad genus, non est realis. Secundum quod extrema sunt entia realia realiter distincta ab inuicem, cuius defectu relatio idem est, quod est ad seipsum, non est realis. Tertio quod extrema sunt eiusdem ordinis, i.e. mutua

habeat dependentia ab inuicem, cuius de seculo relatio inter Deum & creaturam ex parte Dei non est realis, quia Deus est penitus independens. Relatio igit[ur] realis est genere generalissimum. Sub relatione sunt tria genera subalterna, sive Relatio equiparata, Relatio superpositionis, Relatio suppositionis. Sub relatione equiparata sunt iste species, Vicinitas, amicitia, equalitas, similitudo, quarum individua sunt, haec vicinitas, haec amicitia, haec equalitas, haec similitudo. Sub relatione superpositionis sunt iste species, Paternitas, Dñium, Magisteriu[m], Majoritas, & sua individua sunt haec, haec paternitas, hoc dñium, hoc magisteriu[m], haec majoritas. Sub relatione superpositionis sunt iste species, sive filiatione, seruitus, disciplinat, minoritas, & individua sunt haec filiatione, haec seruitus, haec minoritas, hic disciplinatus, & hic terminat intentione nostra super prædicamentum ad aliud.

CAP. V. De predicamento Qualitatis.

I ad mentem Aristot. & logici realis, de quo quatuor videnta sunt. Primum de qualitate quid sit. Secundum, quæ & quod sunt species qualitatis. Tertio agendum est de cōcreto qualitatibus, quod dicit quale. Quartum agendum est de communitatibus & proprietatibus qualitatis.

Quantum ad primum adiutor, quod apud Aristotelem 2a. sicut secundum quam quales dicimus, ut secundum iustitia iustitia. Quia quidam diffinitor datur ab effectu & a posteriori, qualitas enim est causa formalis, qua efficiuntur quales, & si accipiatur ut sonus, & non a littera exponatur, non concuerit soli qualitatibus prædicamentali. Nam & per differentiam essentiale dicimus quales, ut qualis est homo, respondetur rationalis. Vnde & Porphyrius dicit in prædicabilib[us] quod homo differt ab equo rationali qualitate, & per actionem dicimus quales, similitus per passionem. Vt qualis est sortes resp[on]detur, est scribus, vel calefactus &c. Vt ergo sit propria diffinitor qualitatis prædicamentalis, sic intellegenda est. Qualitas est forma accidentialis sive formam primam & per se dicimus, id est denominamur, quales.

Per ly formam accidentialis excludunt differentia essentiales, quia secundum rem non est qualitas, sed tantum secundum modum prædicandi, ideo non est in prædicamento qualitatis, sed substantia.

Per ly primam & per se excludetur actio & passio, quoniam per eas non dicimus quales nisi quia sunt via ad qualitates, ut calefactio ad calorem, & frigescatio ad frigiditatem. Vnde secundarij & non primi & per se non dicimus quales.

Per ly dicimus, non intentio Aristot. intelligere nos solos homines, quasi quod rautum homo recipiens qualitatem denominatur qualis, sed est modus sic loquendi. Vnde ut extendat diffinitor vnuus saliter potius formari, Qualitas est forma accidentialis, secundum quam omne receperit qualitatis primam & per se dicit quale. Et sic declarata & formata, conuenient omni & soli qualitatibus.

Quantum ad secundum adiutor, quod apud Arist. quatuor sunt species qualitatis, quæ quidem non sunt specialissimæ, sed subalterna, quoniam qualibet eorum est habens sub species, ut tibi manifestabatur.

Prima est habitus & dispositio, p[ro] cuius resolutione qualitas agenda sunt. Primum quo copiarum dispositio ad habitu[m] secundum quid sit habitus & dispositio, ut sunt duo genera qualitatis cōdistincta. Tertio in quo differunt & in quo conueniuntur. Quartu[m] quæ qualitates in hac prima sp[eci]e reponuntur.

Quantum ad primum adiutor, quod dispositio dupliciter considerari potest, primum generaliter pro omni qualitate quae disponit subiectum ad operandum operationes sibi debitas, sive sunt perfecte, sive imperfecte, secundum particulariter pro omni qualitate, quae imperfecte disponit subiectum ad operandum operationes sibi debitas, licet imperfectas. In primo sensu dispositio est genus ad dispositionem particulariter dicta, & ad habitu[m] & in hoc sensu tam habitus quam dispositio particulariter dicta sunt dispositio. Vnde in hoc sensu intelligendus est illud quod dicit Arist. p[ro] ois habitus est dispositio, quoniam omnis habitus disponit subiectum ad operandum. In secundo sensu dispositio est species qualitatis distincta a circa habitu[m], sicut distinguunt imperfectum contra perfectum & non dicuntur de habitu affinis, sed negantur. Et in hoc sensu intelligendus illud quod dicit Arist. Dispositiones non necessariae est habitus esse. Nam qui dispositio sunt, non omo retinet habitum. Cōstat ergo quod dispositio est genus, ad habitu[m] & dispositionem, & quod est species distincta contra habitum.

Quan